

Universitätsbibliothek Wuppertal

Annæi Senecæ Tvm Rhetoris Tvm Philosophi Opera Omnia

Quid in eo contineatur sequens pagina indicabit

Seneca, Lucius Annaeus <Rhetor>

M.DC.XLVI., 1646

Vorwort

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1509)



LECTORI S.

S I non me fugit **CONTROVER-**
SIAS prius edidisse *M. Anneum*, quam
SVASORIAS. has enim controuersia
XII. promittit, tamen feci libenter, ut
has illis ordine anteponerem: cum tra-
dendarum artium *Methodo*, qua per faciliora notaq;
ad ea, qua difficilia magis, obscura arque ignota sunt,
viam sternit, tum priorum editionum exemplo, *Frobenij*,
qua anno *Salutis MD. IX. XXII.* prima ut opinor,
in *Germania* typis cusa prodit, *Hernagij* quoque pri-
ma, quam *Desiderius* interpolauit. Nam in altera *Cæ-*
lius Curio ordinem turbauit, denique *Gryphij Lugdu-*
nensis, & quod rei caput est, auctoritate vet. quatuor
antiquissimorum codicum, *Augustodunensis*, *Brugensis*,
Couarruniani, & *Vaticani*, qui in membranis scripti,
ad hos libros qua emendandos, qua explanandos optu-
lati sunt, ne, ut ad hanc vsque diem a plerisque (forte
quod nimis & deprauati essent, ac mutili, & lacunis
pleni hiarent, *Græcis* omnibus sententiis desideratis)
neglecti iacerent, neque in tenebris amplius delitescer-
ent. Et verò **SVASORIÆ** **CONTROVERSIIS** in
Rhetorum spatiis premittebantur, ut ille artis huius
propria: he *Iurisconsultorum*, iudiciorumque: *Schola-*
rum illa, he feri fuisse videantur. Rariores tamen de-
liberationes, publice quidem à *Declamatoribus* institu-
ta: **CONTROVERSIÆ** verò disceptationesq; fre-
quentius quibus tanquam in arena exercitata inueniuntur

in Solem tandem aspectumq³, prodiret, causasq³ ad uo-
catione defendendas susciperet. Sed hæc M. Fabius
Rhetorum princeps copiose, ut omnia, cap. X. Lib. III.
pertractauit, idemq³ Progyrnasmata seu primas ad
Rhetorem exercitationes lib. II. cap. IV. præmitti sole-
re tradit, ut Chrias, Apologos, Sententias, Theses,
ceteraq³ quæ Theon, Aphthonius & Priscianus pertra-
ctarunt, ducebantq³ ad Aristotelis, aut Hermogenis po-
tius subtiliorem viam, aut M. Tullij fontes. Ad eun-
dem modum, Sualionibus ad Controuersias præclu-
dere Græci solent: quamquam ea tota ratio à Gramma-
ticis Romæ occupata est, ac relegata. Plerique enim ar-
tium finibus motis, terminos transilire satagunt. Sed
nunc ad rem ipsam aggrediamur.

